



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

ANNO  
CHRISTI

400.

\* Patro-  
nus,  
\* Alcia-  
nus,  
\* Lampa-  
dius,

\* dedere

\* Patro-  
nus

\* hic

### P R A E F A T I O.

**C**ONVENTIBVS episcopis in ecclesia, Toleto, id est,  
\* Patruinus, Marcellus, Aphrodisius, \* Licianus, Iu-  
cundus, Seuerus, Leonas, Hilarius, Olympius, Ortizius,  
Asturius, \* Lampidius, Serenus, Florius, Leporius, Statius,  
Aurelianus, Lāpadius, Exuperantius de Galicia, Lucensis  
conuentus, municipii Celenis, omnes decem & nouem  
istisunt, qui & aliis gestis aduersus Priscilliani sectatores,  
& hæresim quam adstruxerat, libellarem \* direxere sen-  
tentiam. Confidentibus presbyteris, adstantibus diaconi-  
bus, & ceteris qui intererant Concilio, congregatis, \* Pa-  
truinus episcopus dixit: <sup>g</sup> Quoniam singuli coepimus in ec-  
clesiis nostris facere diuersa, & inde tanta scandala sunt,  
quaes usque ad schisma perueniunt, si placet, communi  
Concilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordi-  
nandis clericis sit sequendum. Mihi autem placet <sup>h</sup> consti-  
tuta primitus Concilii Nicæni perpetuo esse seruanda, nec  
ab iis esse recedendum. Episcopi dixerunt: Hoc omnibus  
placuit: ita vt si quis cognitis gestis Concilii Nicæni, aliud  
quam statutum est, facere præsumperit, & non in eo per-  
seuerandum putauerit, <sup>\*</sup>tunc excommunicatus habeatur,  
nisi per correptionem fratrum emendauerit errorem.

### C A P I T V L A.

#### I.

Placuit, vt diacones, si vel integri, vel casti sint, In decret.  
Iuon. lib. 3.

& continentis vitæ, etiamsi vxores habeant, in mi-  
nisterio constituantur: ita tamen, vt si qui etiam

\* priores  
ante nos  
episc.

ante interdictum, quod per \* Lusitanos episcopos  
constitutum est, incontinenter cum vxoribus suis  
vixerint, presbyterii honore non cumulentur. Si  
quis vero ex presbyteris ante interdictum filios sus-  
cepit, de presbyterio ad episcopatum non \* per-

mittatur.

#### II.

Item placuit, vt \* de pœnitente non admittatur  
ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit, Dif. 50.  
Placuit.  
& in dec.  
Iuon. lib. 6.

\* pœni-  
tentes non  
admitta-  
tur ad

Concil. Tom. 3.

Cccc